DISPUTATIO IURIDICA DE DOTIBUS, ET DOTIUM IURE, QUAM DEO BENÈ IUUANTE SUB PRAESIDIO...

Tilemann Judesherzog, Petrus Bock



REVEREND O ET CLARISSIMO VIRO, M. IOANNI BOCCHIO ECCLESIAE HAMELENSIS PASTORI PRImario, patruo ac compatri ſuo vnicè colendo,

hanc de iure dotium diſputationem honoris & obſeruantiæ cauſſa

offert & nuncupat

Reſpondens.

Thesis I.

ROmani, qui ciuitatem ingenuis hominibus repletam satagebant *a*, non ignorantes amorem honestum solis animis æstimandum *b*, concordiam coniugalem cuicunque lucro præferendam *c*, & non dotibus sed affectu matrimonia contrahi debere *d*, tamen dotis constitutionem necessariam, secus quàm multæ gentes aliæ *e*, iudicarunt, considerantes Reipub. interesse mulieres dotes habere, vt maritis onera matrimonij tolerabiliora forent *f*.

a patet ex l 2.ff.de iure dot.l.1.Sol.mat. l.cum ratio 7.§. si plures ff. de bon.dam. vbi imperium ampliari hominum potius quàm pecuniarum adiectione maluisse Hadrianum ICtus Paulus scribit: *l 1.§.& generaliter 12. vbi* partus non parenti tantum cuius est, sed & Reip, nascitur. *b l.3.ff. de donat.inter vir. in pr. præclarè Cic. 2. off. c l.5.C.de Instit, & sub. d l.iubemus 11. post pr. C. de repud. e Nou. 21 de Armenijs, de Græcis, Indis &c.* qui vxores inter se emerunt; *de Aegyptijs,* qui virum accipientem dotem mancipium vxori addixerunt, *refert ex alijs Ant.Guib.tract.de iure dot.c.1.n. 4.c. 2.nu.19.c.7.in fin.Ioach.à Beust. tract.de Iure connub. in præfat. p. 3. quæ est de iure dot. Duar.ad l.1.Sol.mat. f d. l.1.Sol.mat. l. pro oneribus C.de iur.dot.l 7.l.si pater 76.in fin.ff.eod.l.si filia 20. §.hoc amplius 2.l. si maritus 46.ff fam.ercis.Beust.d.præfat.*

2. Imo dotis obligationem naturalem præstationem habere ICtus Caius respondit manifestè *a*, Et propterea eius originem ex iure gentium esse ab Interpp. non malè asseri videtur *b*.

a l.8 ff.de cap min. b VVesenb.in par.ff.de Iur. dot. nu.2. in par. C. de inoff. dot nu.6.post Bart.in rub.ff.Sol mat. A.Guib.d.tr. c.1.nu.3. patet etiam ex d.Nou.21.vbi Imp.Iustin. barbariem dicit, dotes ad maritos mulieres non adferre, *arg. eorum quæ tradit Borcholt. in definit. furti Inst.de ob.quæ ex del.A.Guib.d. c. 7 sup.in fin.*

3. Nomen dotis variè accipitur *a*: hoc loco peculiarem habet significationem *b*, & definiri potest, quod sit res aut pecunia *c*, à muliere vel quocunq; alio propter onera matrimonij *d*, tradita.

a Largissimè *pro eo, quod praecipuum à natura, vel hominibus conceditur, Beust.d.p.3 c.1.Guib.d.tr.c.2.nu.1.& 2 Duar.de iur.dot.c.1.in pr. qui declarant hoc exemplis: Gen.30.vers.20.item per l.2.l.20. §.1. l. amißi §. fideiussores ff.de fideius.l.34. §.1.de leg.2.* Sic largitiones in fundationem ecclesiæ vel altaris pro eius Rectore vel Sacerdote, qui quasi maritus onera in ministrandis sacramentis, & celebrandis sacris sit subiturus, factæ, dos non inconcinnè appellantur. Sicut enim pater filiam, ita & ædificator Ecclesiam dotare tenetur. *c.cum sicut 8.extr.de consecrat.c.nemo 9.de consecrat.dist.1.c.pia mentis 16. quest.7.Nou.3.post.pr. No.67.in pr.c.1.& 2.Beust. & Guib d.lo.* *b* *propriè signif.* id quod marito nuptiarum causa datur. *Duar.d.c.1.in pr. Guib.d.c.2.nu.4.Beust.d.c.1.in fin.* *c* *ita Duar.d.nu 1.Cuiac.ob.lib.5. c.4.in par.ff.de iur.dot.vbi tamen nihil certi statuit, Beust.d p 3 c.2.* Rei enim & pecuniæ verba generalia sunt, quibus nihil non continetur. *l.1.ff.de reb.cred.l.2.ff.de const pec.l pecunia verbum ff. de V. S. t.t. Inst.de reb.corp. Aliter Guib. d. c.2.num. 5. post Bart.in rub. ff.Sol.mat. VVes.in par.C.de inoff.dot.nu.2.& 4. vbi tamen accuratius ex sententia Bald.& Ias.distinguere videtur,* quod nim. tum demùm sit ius vniuersale, cum vniuersale quiddam, vt hereditas, territorium &c. in dote est. *d* *quod constare potest l.3 ff h.t.neq; enim dos sine matrimonio esse potest licet matrimonium sine dote subsistat l.vlt.C.de repud.l. vlt.C.de donat.ante nupt.*

4. Ex definitione præmissa non incommodè quæritur; An dos modica quæ sumtibus siue oneribus matrimonij non sufficiat pro dote habeatur: item An soluto matrimonio dos ampliùs propriè itâ appelletur: Sicut & hoc an sub dote propriè contineatur dos promissa tantùm? Et ad primum affirmatiuè *a*, ad secundum *b*, & tertium *c*, negatiuè respondendum censemus.

a *Cum Guib.d.c.2.nu.18.vsq; ad fin.per l.Neratius §.pen.ff de relig. & sumt.fun. Diss. VVes.in par.C.de inoff.dot nu.5.per l.quaero 60. ff. h. n. t.*

b *Guib.*

b Guib.d.c.2 nu.15.16.& 17.per alleg.th. praeced. lit.d.item per l. 1.ff. de vsucap.pro dote l.etiam. de fundo dotali Vlp.in frag. tit.6. l.si mulier diuertit ff.Sol.mat. *c* promissio enim dotem non constituit sed tantum traditio. *l.1.C.de dote cauta.* Lex tamen municipalis vt vxore præmortua, dos lucro mariti cedat, etiam dotem non exolutam includit. *Guib.c.2,nu.14.per l.ex morte C. de pact. conuen.l. si donaturus. §.vlt.ff de cond.caus.da.l.mulier ff.de condit.inst.l. Pabius ff.de pact.dot.* æquitatis enim ratio non patitur, vt maritus qui onera sustinuit dotis lucro careat. *l.dotis fructus ff.de Iur. dot.* Sed etsi ea diu non sustinuerit idem tamen dicemus, *sc. quia repentinus casus mortis hoc lucrum marito auferre non debet Guib.d.nu.14.per l.non tantum C.de legat.* Illud tamen vix admittimus, vt statutum eiusmodi de lucro dotis in desponsata per verba de præsenti,nondum tamen cognita vel traducta, locum habeat, *VVesenb.in par.C.de inoff.dot.num.6. Sneid.in §.fuerat nu 108.& 109.Inst. de Act.vbi in terris Saxo.ita obseruari testatur. Diss.Geil lib.2.ob.50.vbi per discursum, Mynsi.cent.6.ob.87.* dubitat.

5. Dos multipliciter denominatur, alia enim dicitur certa *a*, alia incerta *b*, alia exigua, alia congrua, alia immodica seu immensa, alia vera *c*, alia putatiua *d*, alia receptitia *e*, alia simulata *f*, alia promissa, cauta seu confessata *g*, alia numerata seu data atq; tradita *h*, quæ propriè est huius loci. Et ratione causarum rursus diuiditur in aduentitiam vel profectitiam *i*. Profectitia est quæ à patre, auo vel proauo paterno, tanquàm à patre, proficiscitur *k*.

a l.48.de iur.dot. *b l.69.§.gener d.t.l.1.C. de dot. promis.* *c t.t n.* *d l 3.h t.* *e l.mortis causa capitur §. sed & dos. ff. de mort.ca. don.* *f Sichard.in l.4 C.de dot.promis nu.9.* *g t.t.C.de dote cauta. VVes.in par.C.de inoff.dot.nu.5.* *h passim.* *i Vlp.in frag.t.6.l.5. l.35.ff. h.t. l.2.§.1.Sol.mat.l.4.C.de collat.l.vn.§.1.de rei vx.act.* *k d.l 5.§.si pater non quasi 6.§ si pater pro filia.* *Nam si proficiscatur a patre alio nomine, puta quia est debitor, administrator filiæ non est dos aduentitia, sed profectitia d.l.5.Sichard. ad rub. C.de iur.dot.nu.3.* Vnde si auus neptis nomine dotem dedit, auo mortuo profectitia censenda non

 est,

est,nec patri quasi ab eo profecta sit restituenda est. *l.anus 79 ff.de Iu.dot.l.6.de collat.Pac.cent.5.antinom q.55.*

6. Aduentitia dos dicitur,quam quispiam alius, citra parentem paternum constituit, vt ipsa mulier *a*, mater, materni parentes, frater vel quiuis extraneus *b*.

a Vel tutor aut curator *eius nomine l.60.61.69.§.nuptijs 5.ff.de I.dot.l.9 C.de admin.tut.l.28 C.de Episcop.aud* qui tamen si maritus corpora rerum accipere nolit decreto iudicis opus habet. *d l.61.in fin.l.4.& l.8.C.de prad.min.Cuiac.lib.7.ob.23. Diff. aliquatenus Sichard ad l.4.nu.2.C.de Iur.dot.ex sententia Azonis, qui speciale voluit esse in dote vt immobilia alienarentur, eiusq; sententiam vsu probari, licet contraria opinio de iure verior sit, fatetur.* *b* *l.si cum dotem in pr. l. neq; mater 14.C.de Iu.dot.l.1.§.accedit,§.& vt plenius §.extraneum de rei vx.act. Ulp. in frag. tit. 6.*

7. Cæterum conceditur dos vel vltrò, vel ex necessitate, vltrò datur dos aduentitia *a*, cum in arbirrio sit cuiusuis de suo largiri & dotes puellis dare *b*: Ideoq; mater filiam *c*, frater sororem *d*, filius matrem ad secunda vota transeuntem *e*, dotare regulariter non tenentur.

a ab initio *sc.l.vlt. C. ad SC. Vell. facta enim promißione omnes obligantur,* etiam minor, *si modò non effusè sed moderatè constituat l.mulier.C h.t.l promittendo 41 ff.de Iur.dot.l 1.C.Si aduersus dotem.l.3. C.de in integ.rest.min.l.puberes ff. de V.O.* Tantus est fauor dotis vt mulier etiam interueniens pro danda dote non iuuetur SCto Vell. *d.l.vlt.l si dotare eod.* Quid autem si fideiubeat pro restituenda dote? *Ne fideiussores dotium dentur etiam marito volente communiter volunt prohibitum esse expressè, quod ita simpliciter alij non admittunt, quorum sententia probabilior. vide Duar.cap.4.de dotib. Io. And. in addit. ad Speculat.de donat. inter vir. §. fin.vers.illud.Sichard. in l. vbi 29.nu.20.C.de Iur.dot.* *b* *vulg.l.in re mandata C.mandati l nemo exterus C.de Iudæis.* *c* *l.neq; mater 14.C.de Iu.dot.* Limitatur quando pater, auus &c. valdè egeni sunt, illa verò locuples *Guib. c.3.n.4.per l.cum plures §.vlt.ff.de admin tut.l si quis à liberis §.idem ff.de liber.ag §.illud quoq; No. 117.* quod etiam quoad auum maternum verum est *l.45.Sol.mat.* Limitaturne etiam in matre hæretica vt

illa filiam orthodoxam dotare teneatur? *Affir. Accur. in l. neq; mater 14 C. de Iu. dot. l. vlt eod. Ias. in auth res quæ comm de legat. per l. cognonimus C. de heret. cui nihil putant obstare l. Manichæos & Auth. Gazaros C. eod. Negat Guib. d c 3. nu. 6. per c. vergentis & c. excommunican. us de heret. extra.* Imò l. quisquis §. ad filias C. ad l. Iul. Maiest. non porrigendam ad causam hæreseos tradit *Gu b d. lo.* Rectè.

d consanguineam tamen siue vtrinq; coniunctam quæ aliter nubere nō potest dotare non compellitur *d. l. cum plures 12. § cum tutor ff. de adm tut.* Consuetudine etiam introductum esse, vt deficientibus bonis allod. ex feudal. fœminæ dotentur, etiam à quouis feudi successore, testatur *Ioach. à Beust. d p. 3. c. 4 H. Pist. p. 2 lib. 2. q. 37. vbi quoad magnitudinem dotis morem regionis inspiciendum existimant.* *e arg. t. t. C. de secundis nupt. l. nimis graue C. de testib. c. 1. de probat. c. 1. de secundis nup. § nos igitur, No. 22. l. tutor §. fin. de adm. tut. l. 1. §. præterea de tut. & rat. dist. § prospeximus No. 2. Beust. d. p. 3. c. 4. Guib. d. c. 3. nu. 16. per l. si vinea C. de præsc. long. temp. l. si à matre C. de I. dot.*

8. Iuris necessitate datur dos profectitia. Pater enim auus &c. ex const. DD. Seue. & Antonini filias elocare & dotare, etiam inuiti & reluctantes officio iudicis cogi possunt *a*, si hoc ætas & pudor earum flagitare videantur *b*, non obstante quod sæpius peculio aduentitio satis diuites *c*; aut in sacris patrum amplius constitutæ non sint *d*, vel absq; mentione dotis virum inuenerint *e*; vel etiam semel datam à patre dotem sine sua culpa perdiderint *f*.

a l. qui liberos 19 ff. de rit. nupt. paternum enim officium est dotare filias *l. vlt. C. de dot. prom.* Imò Iudex, patre prohibente nubere, puellæ nubili propter verecundiam officium iudicis non imploranti, officium suum impertiri potest, & patrem ad dotandum cogere *l. si cum dotem 22. § nec non illud Sol. mat. arg. l. curent. 22. ff. de testib. Beust. d. p. 3. c. 4. Schard. ad l. 7. C. de dot. prom. nu. 14.* *b arg. §. causas Nou. 115. Auth. sed si post. C. de inoff. test.* *c d. l. qui liberos & d. l. vlt. C. de dot. promis. arg. l. obligamur 52. § lege ff. de O. & A. l. 17. ad SC. Maced. eleganter Guib. d. c. 3. à nu. 13. ad 18. Schard. ad d. l. vlt. nu. 18. 19. & 20. Beust. d. c. 4. Geil. 2. ob 95. Eberhard. lo. à dote ad alim. Diff. Alc. lib. 8. par. c. 3. Conna. lib. 8. c. 8. vide Trent. disp. de Iur. dot. th. 2. lit.*

2.lit.c. d *d.l.5.in pr.§.5.§.si pater 6.§.fin.ff.h.t.d.l.vlt.C.de dot.prom. l.10.l.59.Sol.mat.Sichard.ad d.l.7.n.32.C.d.t.Treut.d.th.2.lit.d.* e pater enim ad duo tenetur, ad maritandum & dotandum *d. l.qui liberos*, & ideò licet vnum adimpleuerit, obligatur nihilominus ad secundum *arg.l.si heredi plures 5.ff.de condit.instit.* vt firma maneat legis dispositio *Beust.d.c.4.vbi dicit hanc sent.esse comm.Diff. Conn. d.c.8.* f *arg l.22.§.1.Sol.mat.& ibi Bart.gl.in l.2.§.1.verb.dos.eod. Eleg.Sichard.ad l.7.& vlt.nu.22 per l.6.in fin. l.7.ff.de Eden. Beust.d. c.4.pag.mihi 253.Guib.c.3.n.8.per Auth. Sed quamuis C.de rei vx.act.*

9. Quod autem dict. est, patrem teneri dotare filiam, adeò verum est, vt non sufficiat quomodocunque dotasse: sed requiritur, vt iustè & legitimè pro boni viri arbitrio dotem constituat.

Arbitrabitur autem vir bonus ex dignitate mariti, ex facultatibus & num.liberorum patris &c.l.quaero 60.l.cum post 69. l.1.de leg.2. l. si filia 43.de leg.3.Sichard. ad d.l.vlt.n.23. Nunquid igitur dos potest esse minor legitima? *Et posse verius est*, nisi filiæ paternæ hereditati renuntianti præstetur, tunc enim legit. exæquare debet *VVes.in par.C.de inoff.dot.nu.5.per l.35.§.& generaliter 2.C de inof.test.*

10. Filia tamen naturalis tantum *a*, hæretica *b*, luxuriosam vitam agens *c*, citra patris consensionem, indigno maximè, nubens *d*, spuria *e*; nullo iure ad extorquendam à patre dotem munitæ censentur.

a ex concubina nata c.liberi 32.q.4. gl. sup.rub. ff. de concubinis vocat Bastardos.*l.vxorem 41. §. pater naturalis 11.de leg. 3. l. humanitatis 8. iun.auth.licet C.de nat.lib.Guib.c.3.n.9.10.& 11.Sichard.ad d.l.vlt. n.32. C.de dot.prom Gell.lib.2.ob 88.* potest tamen si velit, & quæ potestatis sunt necessitatem non inducunt *l.sæpe 8 ff.de off.praes. l. non quicquid 40.ff.de iud.*Beust. tamen *d.p.3.c.4.ex Campeg. & Ias.* tradit, si pater dotare nolit, quod tunc teneatur alimenta ita constituere, vt filia ex ijs qualem qualem dotem habere possit. *b l.cognonimus 19.C.de heret.No.115.c.3.§.14.Beust.d.c.4.* c *d.Nou.115 § 1.* vbi limitatur, quando pater est in culpa, prohibendo nim. eam nubere *Auth.Sed si post C.de inoff.test.* Limitandum:ne etiam vt non procedat in filia, quæ pœnitentiam egit? *Ita videtur velle Speculat.*

Qui

Qui filij sint legitimi n.16.per l.Imperialis C.de nupt. Beust.d.c,4.vbi dicit consideratis circumstantijs patrem in iusto dolore suo hortandum, vt suo iure vtatur aduersus filiam potiùs in exercenda pietate, quàm atrocitate *arg.l.Diuus ff ad l.Pomp.de parricid.* d *l.3. § si emancipatus ff.de bon pòs.cont.tab. Auth.sed si post.C.de inof.test.No. 115.c.3.§.11,Geil.2.ob.95.nu.10.& seq.Gnib.c. 3.n.19. & 20.* e *per sup. hac th. lit. a.*

11. In dotem rectè assignantur omnes res, tàm soli, quàm mobiles, tàm corpora quàm iura. Sic rectè in dotem dantur pond. num. & mensura constantia *a*, vestes, animalia *b*, certi reditus, ædes, prædia *c*, nomina *d*, vsusfructus *e*, proprietas *f*, nonnunquam feudum *g*, & res similes, tàm integrè nostræ, quàm communes pro parte indiuisa *h*, non tamen alienæ *i*.

a *l.res in dotem 42. ff.h.t.Ulp.in frag.t.6.§.8.* b *l.plerunq; 10.in pr. d.n t l.30.C.eod.l.1.C.Sol mat.* c *l fin.§.preterea C.de Iur.dot.* d *l. si res æstimata 12. in fin l quemadmodum §.si debitori l si mulier 78 ff. eod.* e *l.dotis.7.§.2.l.66.l.78.eod.* f *l.17.C.eod.l.6. C. de vsufr. l.quisquis 25.C.de donat.* g si ita sit qualificatum *c. 1. de eo qui sibi vel hered. c.1.de inuest.quam accep.Tit. à Semp.c.1.de feudo fœm.* h *l.ante diuisionem 16.C. de Iu. dot. l. cum in fundo 80. §. si fundus communis ff. eod.* i *l si à matre 13.C.d n.t.l.mater 34.l.Proculus 67.ff eod.* vsucapio tamen earum procedet marito *l.1.C.de vsucap pro dote. t.t.ff. pro dote.* Res quæ ex pecunia dotali comparatæ sunt, an dotales sint quæritur? *Nego per l.ex pecunia 12.C.de Iur.dot.l.vlt.C.de ser.pig. da.l.6.l. 8.C.de rei vind l.qui vas §.vlt.de furt. A.Gnib.d tr c. vlt.n. 17. Sichard. ad d l.12.C.de Iu. dot. Diß. VVes.de fund.dot n.4.per l.res quæ 55. l.ita constante 26.ff.h.t.post Bart.in l.si cum dotem §. vlt.ff.Sol. mat. Campez. p. 4. q. 8.*

12. Porrò constituuntur, dotes multifariàm, sed his potissimùm modis: Traditione *a*, stipulatione *b*, pollicitatione *c*, delegatione *d*, acceptilatione *e*, simplici debiti remissione *f*, cessione *g*, donatione mortis causa à patre mulieris non etiam à muliere facta *h*, quauis vltima voluntate *i*, &c. Vbi nihil refert dos definitè an indefinitè, hæcq; detracta

 vel ad-

vel adiecta arbitrij mentione *k*, vel bonorum omnium vel partis *l*, constituatur.

a Vera vel q. *l. vlt. ff. de seruitut. l. 3 §. 2. de act. emp. l. quemadmodum 46. in pr. h. t. l. Mevia 50. Sol. mat. l. lege C. de pact.* *b* *l. Iulianus 20. cum ll. seqq. h. t. n.* *c* *rub. & l. ad exactionem C. de dot. pro.* Cui semper inesse creditur stipulatio etiamsi verè non sit adhibita *l. 1. §. 2 de rei vx. act. Diff. Theoph. in § fuerat Inst. de Act. Guib. c. 4. n. 2.* *d* *l. 5. § 3. l. 56. h. t.* *e* *l. 41. § 1 l. 43. d t.* *f* *l. 58. l. 80. eod.* *g* *Vlp. in frag. t. 19. §. 10.* *h* *l. 76. h t.* *i* *l. tali 48. §. 1. eod. l. Titio centum 71. § 3. de condit. & dem. l. 1. C. de codicil. l. 57. ff. de leg. 2.* *k* *l. 60. l. 69. de Iu. dot. l. si filia 43. de leg. 3. l. 1. de leg. 2. l 3. C. de dot prom. opt. tex. in l. si cui annuum 14. & ibi Bart. ff de ann. leg l. pen. de alim. leg. l. quidam testamento 30. de leg. 2.* Videtur obstare l. 1. C de dot. promiss. *quam aliter explicat Duar. aliter Guib. Forcat. Accur. Sichard. &c.* de qua inter disputand. *l* *l. mulier bona 72. h. t. l nulla lege 4 C eod. Geil. lib. 2. ob. 82.* Illud huc spectat, nuptijs non secutis euanescere obligationem, & propterea rem, quæ tradita est vnà cum fructibus perceptis & accessionibus restitui debere *l. 21. 41. 43. & passim ff. h t. l. 7. 8. 17. §. 1. 47. eod. l. 38. §. ante matrimonium de Vsuris.*

13. Sed & tacito intellectu dos constitui potest. Si enim mulier diuortio facto, cum priore marito matrimonium redintegrauerit, siue etiam alij nupserit, in dubio intelliguntur ea omnia, quæ ante vel in prius matrimonium data erant in posterius conuersa esse *a*, ita, vt si plura matrimonia cum diuersis dotibus præcesserint, dos matrimonij immediatè præcedentis videatur constituta *b*, modò liberi nulli extent *c*.

a *l. 13. l. 30. l. Diuus 40. ff. h. t. l. cum maritus 29. §. Titius 1. de pact. dot. l. pen. §. vx. Sol. mat. l. 6. C. de secund. nupt. l. 19. C. de donat. ante nupt. Geil. lib. 2. ob. 82. n. 7.* Mulier sine expressa dotis constitutione omnia bona adfert ad maritum, Eleganter quæritur an omnia dotis fiant? *Et nisi rerum vel personarum qualitates aliud suadeant, ita dicendum videtur VVesenb. in par. C. de inoff. dot. n. 2. Sichard. ad l. 4 n. 4. C. de Iur. dot. Diff. Geil. d ob. 82.* *b* *Phannuc. in comm. de luc. dot. gl. 10 n. 33. Bald. Nouell. priuil. 71. arg. l. Mela 14. §. sed si alimenta t. ff. de alim. leg.*

c Ex-

c Extantibus enim liberis secundus maritus pro dote plus accepisse non censetur quàm vnus illorum liberorum à matre acciperet *l. hac edictali 6. C. de secund. nupt. No. 22. c. 31. l. si constante §. fin. C. de donat. ante nupt. Geil. d. ob. 82. n. 8.*

14. Per traditionem dote constituta, rerum æstimatarum *a*, vel pond. num. & mens. constantium *b*, verum & plenum dominium maritus consequitur, ita, vt etiam non consentiente muliere de ijs pro arbitrio disponere possit, earumq; omne & commodum sentiat, & dispendium subeat, & periculum expectet *c*.

a modò æstimatio sit talis quæ emptionem faciat, *(& hoc in dubio semper censetur l. 5. vbi gl. Sichard. & Dd. C. de Iu. dot.) l. vn. §. cum lex, de rei vx. act.* Aliàs *quando æstimatio emtionem non facit, Sed ideo tantum apponitur, vt res dotalis perdita aut deminuta, nullo alio pretio quàm quo taxata fuit reddatur;* Vel ideò *vt uxor habeat electionem, vtrum Soluto matrimonio rem ipsam an æstimationem velit: non aliter quam volente & ratum habente muliere res æstimatas alienare maritus potest l. Aestimatis 50. Sol. mat. l. si inter 21. C. de Iu. dot. l. plerunq; 10. §. si res in dotem ff. eod. l. vlt. ff. de pact. dot. Roger. tr. de dote §. 11. Sichard. ad d. l. 5. n. 7. Schneid. ad pr. Inst. Quib. al. lic. n. 9.* *b* *l. res in dotem 42. h. t.* *c* *d. l. vn. §. 9. in fi. §. Et cum lex Iulia 16. l. 5. C. de Iu. dot.*

15. Rebus inæstimatis in dotem traditis, mobilium quidem distractio marito prohibita non inuenitur *a*, immobilium verò alienatione, licet mulier consentiat, ipsi expressè interdictum constat *b*, etiamsi earum dominium habere aliàs videatur *c*.

a *Guib. c. 5. n. 15. post Azon. in sum. C. de fund. dot. Bald. Nouell. p. 7. c. 1. Diss. Trent. d. disp. th. 9. lit. c. cum Cuiac. No. 61.* *b* *d. No. 61. d. l. vn. §. cum lex Iulia, §. cum autem in pr. Inst. Quib. al.* Quibusdam tamen casibus fundi dotalis alienatio hodiè rata est, *puta* si iurisiurandi religio intercedat. *c* *licet de Iuretur. in 6. c. cum contingat extra eod.* quamuis de iure ciuili secus sit. *Sichard. ad l. 23. n. 11. C. de Iur. dot. per l. iurisgentium §. Et generaliter ff. de pact. l. non dubium ff. de legibus l. quemadmodum Cod. de agricolis & censitis libro 10.*

Schneid.ad d.pr.Quib.al.Inst. n. 4. Si è re sit mulieris *c. per vestras, extr.de donat.inter vir.Sichard.d.l. 23. nu. 8.* Si debitum mulieris necessariò sit soluendum *l.vlt.de Iu. dot.&c.* In summa cum necessitas legem non habeat, ex quauis causa necessaria permittitur alienatio. *l.1.ff.de fund.dot.l.alienationes, fam. erc. Auth. res quae Com.de leg.* In omnibus tamen casibus vbi, extra necessitatem permissa est alienatio, requiritur vt maritus sit soluendo, & habeat alias res, ex quibus mulieri consuli posit *l.in reb.30.C.de Iu. dot. Nou.61 §.3.in fin.Bart.in l.1.Sol. mat.VVes.ff.de fund.dot. num. 2. Schneid.d pr.n.11. Quib.al.Inst.* *c* multa enim marito concessa sunt, quae non nisi domino concedi solent *l.pro onerib. C.de Iur.dot. l 3.eod.l. seruus dotalis ff.Sol.mat.l.ob res amotas ff.Rer. am.&c.* Ideò hac ratione videtur dominus, licet reuera non sit. Vxor enim naturali iure domina est *l.vbi adhuc 29.l.in reb. 30.C.d t. cum similib. Guib.c.5. ferè per tot.Cuiac.lib.10.ob.32 Treut.d.d sp. th 6.vbi varias recenset opiniones, quas in effectu fermè conuenire benè notauit.*

16. Amplius: Communis natura dotium nonnunquam pactis innouari potest, etiam post nuptias adiectis *a*, quae nisi vel legibus expressè prohibita sint *b*, vel bonis moribus repugnent, vel occasionem delictis praebeant, vel indotatas mulieres reddant *c*, vel deniq; dotis conditionem ex parte mulieris deteriorem faciant *d*. omninò seruanda sunt *e*. Atq; ideò, vt dos profectitia apud virum, defuncta in matrimo vxore permaneat *f*, vt pater dotem à se profectam solus repetere possit *g*, vt dos aduentitia soluto matrimonio cuicunq; quis reddi stipulatus est restituatur *h*, vt maritus dotem, mulier donationem ante nuptias lucretur *i*, pacisci licet.

a *l.1.in pr.l.12.§.1.l 28 de pact.dotal.quib.nihil obst. l.22. §. 8. vers. fin verò,Sol mat.* *b* *passim sub tit.ff.& C.de pact.dot.* Ex *l. 7. ff.eod.* illud deducitur pactum filiae patri dotem profectitiam repetenti nihil quicquam nocere, nisi filiae adiuncta persona agat *Duar.ad l. 2.§.sed vtrum Sol.mat. Pac.cent.5.q.56,* Sicut & hoc ex *l. 4. eod.* pactum vt fructus dotis maritus percipiat, & vxor onera matrimonij sustineat, inefficax esse, inuestigatur *Guib.c. 1.nu.6 7.8. & 9. arg.t.*

arg. c. vlt. de cond. ap. l. vbi ita donatur ff. de mortis ca. do. l. cum m... ta de contr. emt. l. cum precario ff. de precario l. vit. de dol. ex. *c* *d. l. 4. & d l. 12 §. 1. de pact. dot.* *d* *l. 6. l. de die 14. l. 17. eod.* *e* *t. t ff. & C. de pact. dot. l legem quam dixisti 9. C. de pact.* consensu tamen eorum qui ab initio pacti sunt benè mutari possunt. *l. 1. de pact. dot.* *f* *l. si conuenit 6. C. de pact. con. l. si pater 12. ff. eod.* *g* *l. quoties 29. Sol. mat. l. 7. de pact dot. l auia 6. C. de Iu. dot.* *h* *l. vn §. accedit de rei vx act. d. l. quoties Sol. mat. in fin. arg. l. quoties 3. C. de donat. quæ sub mo. & c. l. Caius Seius 45. Sol. mat.* *i* *l 2. l. 12. in pr. l 24 ff de pact. dot. l. ex morte 9. cum Auth. seq. C. eod. d. l. vn. § . illo procul dubio. 6.* Pactis tamen de lucranda dote semper tacitè hæc conditio inest, nisi diuortium fiat culpa illius, qui vult lucrari *fac. text. in l. Lucius 39. Sol. mat. l. consensu 8. §. hac nisi vir 4. & §. virum etiam C. de repud.*

17. Dote per promissionem constituta, matrimonio contracto maritus ad res dotis causa debitas à muliere vel alio quouis promissore & eius heredibus soluendas, actionem ex stipulatu bonæ fidei *a*, cuius nomine etiam tacitam hypothecam in bonis promissoris habet *b*, vel actionem ex emto ad eundem finem, intentare potest *c*. Re autem tradita & euicta, etiamsi res inæstimata bona fide in dotem nulla præcedente promissione data sit *d*, actio de euictione datur marito contra dantem, & si fuerit extraneus dolumque interposuerit, actio de dolo aduersus eum locum habet, aduersus mulierem vel socerum, tam coniunctas personas, famosis denegatis actionibus, actione in factum competente *c*.

a *l. vn. §. 1. & 2 C. de rei vx. act. §. fuerat Instit. de act. vbi Ias. num. 14. Schneid. nu. 10. post gl. in l. de diuisione 5. super verbo* possessione *circa med. Sol. mat. Vves. in par. hic nu. 6. Old cl. 4. act. 26.* Currunt igitur à tempore moræ vsuræ *l. in insulam 42. §. vsuras vbi Dd. Sol. mat.* quæ à parte mariti vt interesse rectè peti possunt, non autem à parte vxoris *fac. c. Salubriter 16. ext. de vsur. Schneid ad d. §. fuerat num. 16.*
b *d. l. vn. §. 1. cum seq. verb. ex vtroq; latere* quod etiam quoad euictionem intelligendum est *d. l. vn. §. 1. verb pro reb. dotalib. euictis Ias. in d.*

 §. fue-

§. fuerat n.31. Schneid. d §. fuerat n. 44. *e* arg. l.16. ff. de Iu. dot. Illud quidam iuris habere maritum credunt, vt vxorem propter non solutam dotem expellere posit: quod non subsistit. fac. l.3. ff. h.t. No.117. c.3. Fachin. lib.3. controu. c. 48. *d* stipulatio enim semper fingitur interuenisse not. gl. in l.1. verb. marito C. de Iu. dot. per l. vn. §.1. C. de rei vx. act. *e* d. l.1. C. de Iu. dot. vbi Sichard. l. cum post 69. §. cum res ff. eod.

18. Sciendum nunc est dotem nonnunquam constante, & interdum diremto matrimonio repeti. Soluto matrimonio morte vel diuortio viri, repetitur dos aduentitia vtiq; à muliere *a*, nisi is qui dedit vt sibi redderetur pactus, fuit *b*. Quod si dos profectitia sit, pater adiuncta filiæ persona petere poterit *c*, nisi fortè sui iuris sit mulier, tunc enim ipsa sola repetet *d*. Et hoc nom. ex stipulatu actio bon. fid. *e*, rei vindicatio *f*, & hypothecaria competit *g*.

a Gail. c.6. n. 2. per auth. quod locum C. de collat. Diss. Cuiac. tr. ad Afr. 8. ad l.34. Sol. mat. Duar. ad l. 2. §. Quod si in patris eod. *b* §. accedit, d. l. vn. l. si dotem C. h.t. *c* l.2.3. l.22. §.4. & 5. Sol. mat. l.2. & 7. C. eod. l.34. §.2. de leg. 2. l.14. ad l. falcid. *d* d. l. vn. §. videamus & §. extraneum l.71. de Euict. l.34. iun. l.2. Sol. mat. *e* in quam omnis vis & facultas rei vxoriæ translata est d. l. vn. §. fuerat, de Act. datur heredibus & in heredes d. l vn. §. illo procul dubio. Priuilegio tamen prælationis, quo mulier omnibus creditoribus, etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus præfertur, heredes, exceptis filijs, non gaudent. l. assiduis C. Qui pot. in pig. d. §. fuerat de Act. Gail. c.7. Sichard. ad l.30. n.8 & 9. C. h.t. Idem priuilegium in dote confessata locum non habet. fac. l 1. C. de dot caut. l. 2. l. si ex cautione l. in contractib. C. de non num. pec. Gail. 2 ob. 81. Maritus & pater regulariter condemnantur in id quod facere possunt. §. item si de dote Inst. de Act. l.12. Sol. mat etiam extraneus promissor l.33. ff h.t. ex priuilegio vt vocant competentiæ, quod etiam mulieri & eius patri ob dotem promissam conuentis conceditur. l 17. Sol. mat. l 21. & 22. de re iud. fideiussori tamen & heredi, non datur l.12.13. Sol. mat l.24 25 de re iud. *f* Aduersus maritum & alios possessores, si res inæstimata tradita sint directa: sin a. æstimata vtilis siue in subsidium, l. 29. l. 30.

l.30.C.h.t.ibid.Sichard.n.4.5.&c.Guib.c.6.n.15.& 16. g *d.l.vn.§. Et vt plenius.* Est verò in rem *l. pignoris persecutio de pig. act.* actio ex stipulatu in personam.

19. Filia in matrimonio defuncta, liberis superuiuentibus relictis, patrem dotem profectitiam non repetere, sed illorum nomine retentionem fieri posse, ex Martini sententia verius & receptius est *a*, quàmuis non extantibus ad eum reuertatur *b*. In aduent. autẽ dote olim ita ius erat vt apud maritum remaneret *c*: sed hodiè ad heredes mulieris pertinet *d*.

a Duar.In l.48.Sol.mat. Faber.1.coniect.c.16. Forcat. in Cupid. Iurisp.c.7.n.2.3 4. per l.si is qui.§.ibi dos cum seq. h.t.per l.dolo ff.de excep.dol.l.quoniam C.de inoff.test.l.40.Sol.mat.opt.tex in l.inter 26.§.cum inter 2.de pact.dot.l.17.ad SC.Maced.l.19.C.de collat.l.vlt.§.1.vt legat. no.cau.Diss.Guib.c.6.à n.3.vsq; ad n.10.vbi citat plures. b l.71.de euict. l.dos à patre C.Sol.mat.l.iure succursum 6.h.t.cum simil. c Vlpian. in frag t.6.§.mortua.Cuiac. lib.9.ob.cap.4.per l.mulier ff.de condit.instit. l.5.de bon. dam.l.23.de Euict l.Celsus de relig.&c. l.1.C.si aduer. dot. d d.l.vn.§.illo C.de rei vx.act.

20. Cæterum dos rerum immobilium statim, mobilium olim annua, bima, trima die, hodiè post annũ restituitur *a*, cum fructibus ante vel post matrimonium perceptis, ita vt æqualitatis ratio summa habeatur *b*, & maritus tantum pro rata portione temporis, quo onera matrimonij sustinuit, vel matrimonium stetit fructus retineat *c*, impensarum simul ratione non neglecta *d*.

a Vlp.d t.6.& d.l.vn.§.cum autẽ de rei vx.act.Corras.lib.5.Misc.c.6. Interim tamen præstanda est cautio l. si constante §.quoties.Sol.mat.fac. l.in omnib.de iud Guib.c.6.n 17.& 18. b l.5.& 6.Sol.mat.l.pen.de pact. dot. c H.Pist.lib.1.quæst.24.n 8.n.10,27.30.&c. Itaq; si fine mensis Ianuarij diuortium fiat, & quatuor mensib. matrimonium steterit, vindemiæ fructus & quarta portio mercedis instantis anni confundi debebũt, vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur *l. fructus 7.§.Papinianus ff.Sol. mat. d hic videbimus de concil.l.7.§.10. Sol.mat. cum l.fin.de fun.dot.*

21. Du-

21. Durante adhuc matrimonio, & marito decoctore ad inopiam vergente *a*, deportato *b*, bannito *c*, in metallum damnato *d*, non autem fortuito aliquo calamitoso casu, qui nulla diligentia humana prouideri potest, pauperiore facto *e*, dos nonnunquam repeti potest.

a *l. si constante 24. ff sol. mat l. vbi 29. C h.t. § illud No. 97.* reuerso tamen ad pinguiorem fortunam quò minus restituatur nihil impedit. *arg. l 1. de curat. fur. Geil. lib. 2. obs. 85. per tot. Sichard. in d. l. vbi n. 23. & 24. qui dist.* Mulier etiam sciens obæraro & prodigaliter sumtuoso marito nubens dotem constante matrimonio repetere potest, *fac. l. 2 l. de die l Atilicinus l. 1. sol. mat. Geil. lib. 2. ob. 84. n. 5. 6. & 7. vbi diff Sichard ad l. 29. n. 27. & 28. C. h.t.* *b* *l. 1. C. de repud fac. c. ex literis de pignoribus t, t. C. ne vxor pro marit.* *c* *d. l. 1. C. de repud. l. sed si alia ff de bon. dam. l. si marito ff. sol. mat.* *d* *d. l. si marito cum simil.* *e* *fac. l. 22. § si maritus 7. sol. mat. §. illud quoq; No. 97. l. sed an vltrò ff de negot. gest. Sichard. ad d. l. 29. n. 29.*

22. Deniq; amittit mulier dotem, quæ adulterium committit *a*, quæ sine causa diuertit *b*, non autem quæ viduitatem stupro commaculat *c*, vel saltem osculum sibi præberi patitur *d*.

a *l. consensu C. de repud. l. vlt. C. ad l. Iul. de adult. l. miles §. socer ff. eod. c. plerunq; de don. inter vir. l. vn § taceat de rei vx. act.* nisi lenocinio viri adulterata sit, *l. cum mulier Sol mat.* *c* *intelleximus de adult.* vel nisi maritus quoq; adulterium committat, quo casu fit compensatio *l. viro atq; vxore 39. Sol. mat. l. si vxor 13 § iudex 3. ff. ad l. Iul. de adult.* Sed quid si occidat maritus vxorem adulterantem in flagranti delicto? *Et nisi statuto vel consuetudine id permissum sit eum dotem non lucrari dicendum est arg. l 10 ff sol mat. vbi Duar. §. 1. l. Diuus 5. ff. ad l. Pomp de parricid. Beust. d. p. 3. c. 6.* *b* *l. consensu C. de repud. l. 38. Sol. mat. l. si dotem C. de In. dot.* *c* *No 39 c. 2. § fin. Duar. in l. 2. ibi, secundus casus Sol. mat. Diff Guib. c. 6. n. 30. 31. 32.* *d* *Guib. d. c. 6. n. 35.* Illud finaliter inuestigare libet, An ab heredibus mariti, propter adulterium mulieris dos retineri possit? *Et si maritus adulterium ignorauit, posse* [redacted] *retineri affirmamus. Guib. d. c 6. n. 27. 28. & 29.*

FINIS.

